

citati nell' arm. I. mazzo III. num. 21, dell' archivio del medesimo luogo, vengono confermati eziandio dal Catasto del 1462 alla pag. 160 a tergo, e benchè la somma di 30 ducati ed altrettanti fiorini d' oro possa sembrar picciola per l' acquisto di una casa o palagio ben grande, pure uno strumento di ricognizione in dominum estratto dai protocolli di Giorgio di Albino di Castiglione notajo del suddetto spedale, e datato dai 17 marzo 1490 comprova meglio tal fatto, e fa vedere questa casa, o per se sola congiunta all' anfiteatro Flavio, o con altri suoi membri entrar perfin nel medesimo, giacchè contenendo delle sale e delle camere, allorquando Giovanni di Branca e Mario Sebastiani, guardiani della compagnia del Gonfalone, ebbero ottenuto da Innocenzo papa VIII la licenza di poter rappresentare entro il Colosseo la sacra ed istorica tragedia della passione di nostro Signore, addimandarono questa casa ai guardiani dello spedale suddetto Ludovico de' Margani ed Alto de Nigris, e assentendovi anche i conservatori di Roma, per questo unico e divoto fine glie la concedettero (a).

Di queste due parti di casa nel 1462 quella che guardava la piazza di S. Giacomo era diruta, come vuole il medesimo catasto, l'altra interna al Colosseo ancor rimaneva, e di cui ragionerò nella unione delle contrade Colosseo e Torre Cartularia.

FINE.

(a) Vedi il documento n. XII. nell' arm. I. mazzo III. n. 21. « 1366. Emptio cujusdam domus quae fuit Cole Cecchi Joannis in Coliseo, ante est platea S. Jacobi, ab alio aedificium Colisei empta pro pretio ducator. 30. » 1369 « Joannes et Andreas de Anniballis vendiderunt Guardianis medietatem integram domus cum talis et cameris positam in Coliseo junctam cum alia medietate dicti hospitalis, cui ante platea hospitalis S. Jacobi dicte societatis aliis circumdata est ab edificio Colisei pretio 30 florenor. auri ». Così nel Catasto del 1462. p. 160. a tergo.

AGGIUNTA DEI DOCUMENTI

DOCUMENTO I.

*Elisabeth Anguillariae, Ducissae de Asculo,
testamentum et codicilli.*

In nomine dñi amen anno a Nativitate Dñi 1495 Indictione 13 die vero 25 tempore Pontificatus SSñi in Christo Patris et dñi nostri dñi Alexandri divina providentia Pape VI anno IV mensis Novembris Personaliter constituta magna dña dña Elizabetta de Anguillaria Ducissa relicta quond. Magnifici viri Ursi de Ursinis ducis Asculi sana mente et intellectu ac corpore aliquantulum gravata nolens ut dixit decedere intestata ne de bonis suis post ejus mortem inter ejus consanguineos controversia aliqua oriatur cum nil sit certius morte et incertius hora ejus ultimum nuncupativum testamentum quod de jure (adde civili) dicitur sine scriptis in hunc qui sequitur modum facere procuravit et fecit videlicet. In primis animam suam Omnipotenti Deo et ejus gloriosissime Genitrici semper Virgini Marie recommendavit. Item elegit sui corporis sepulturam in Ecclesia Lateranensi juxta portam dicte Ecclesie propinquorem majori altari ejusdem a latere sinistro dicte porte ingrediendo per eam in eo loco in quo condita Helena de Anguillaria alme urbis prefectissa ipsius testatrix amitha cui Ecclesie pro ejus anima et suorum peccatorum remissionem (sic) reliquit florenos 100 in urbe currentes. Et voluit quod canonici et beneficiati dicte Ecclesie teneantur et debeant celebrare missas Sancti Gregorii et alias de quibus eis videbitur pro animabus ipsius testatrix patris matris et fratrum suorum. Item legavit societati hospitalis pauperum Ymaginis Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe florenos 100. Sollorum in Urbe currentium pro anniversario per eos celebrando more solito pro animabus supradictis. Item legavit societati virginis Marie Annuntiate apud Ecclesie domum Sancte Marie super Minerbiam de Urbe ordinis Predicatorum congregari solite florenos 100. sollorum in urbe currentium pro anniversario more solito dicte societatis pro animabus predictorum celebrando quos 100. florenos relictos Ecclesie Lateranensi et alios centum hospitali Ymaginis Salvatoris ac reliquos centum dicte Societati Sancte Marie voluit solvi per Petrum de Mazabufalis de urbe pro redemptione domus sue empte per ipsam testatricem pro florenis 150. de carlenis 10. pro quolibet floreno quibus quidem Ecclesie Lateranensi hospitali et societati eandem partem condonavit volens quod idem equa parte condonata dictos 300. florenos persolvere non compellatur nisi data sibi aliqua dilatione competenti debita, ipsi testatrici occasione dicte domus ut debebitur in posterum atque in diem obitus sui et residuum dictorum 150. florenor. de carlenis quod superest a dictis 300. florenis in urbe currentibus legatis videlicet etiam eandem partem legavit et remisit. Item legavit dicte domui Sancte Marie super Minerviam et illius portionem et fratribus florenos similes 25. in urbe currentes amore Dei et pro animabus supradictorum et volens quod prior et fratres supradicti teneantur

et debeant celebrare missas Sancti Gregorii et alias pro animabus predictorum suorum patris et matris et fratrum. Item legavit domui Sancte Marie de Araceli de urbe ordinis fratrum minorum de observantia nuncupate et illius guardiano et fratribus florenos in urbe currentes 25. ad dictam rationem cum onere celebrandi missas Sancti Gregorii pro animabus predictorum.

Item legavit domui Sancte Marie de Populo Ordinis Fratrum Heremitarum S. Augustini amore Dei pro animabus predictorum florenos 25. similes ut missas dicant pro animabus predictorum. Item legavit domui S. Francisci de urbe de Regione Transtiberina dicti Ordinis Fratrum minorum de observantia 8. florenos similes in urbe currentes cum onere celebrandi missas pro animabus predictorum. Item legavit domui Sancti Hunofrii de eadem urbe regionis Transtiberine Sanctorum pauperum et heremitarum fratrum Petri de Pisis nuncupatorum octo florenos similes sollorum in urbe currentes cum simili onere celebrandi missas pro animabus predictorum.

Item legavit Ecclesie Sancte Marie Majoris de urbe florenos similes 8. in urbe currentes cum onere celebrandi missas pro animabus predictorum. Item legavit monasterio S. Pauli de urbe et illius Abbati florenos similes 9. in urbe currentes cum dicto onere. Item legavit monasterio S. Cosmati florenos 25. similes in urbe currentes rogans abbatissam et moniales ut orent ad Deum pro animabus predictorum. Item legavit domui sororum Poloze (intellige Paloze) Regionis Transtiberine tertii Ordini S. Francisci florenos 8. similes.

Item legavit domui Sororum Margarite Religionis et tertii Ordinis predicatorum florenos 4.

Item legavit domui sororum montis Magnanapoli de regione Montium florenos 10.

Item legavit domui olim dñe Francisce de Castello site prope dictam domum super Minerbam florenos similes octo.

Item legavit Lucretie de Anania florenos 4. amore Dei.

Item legavit pauperi mulieri Catherine florenos 4. ut faciat contentam.

Item legavit domui domus de speculis florenos 6.

Item voluit quod executores hujus testamenti illico post ejus obitum celebrari faciant missas quas poterunt in basilica Principis Apostolorum de urbe et in ea distribuuntur celebrantibus decem florenos similes.

Item reliquit Agapito filio quondam Altobelli juvenos quatuor ex illis quos habet dicta domina testatrix ad ejus electionem capiendos.

Item reliquit Yeronimo Augustini de castello ducatos 6. de carlenis 10. pro dacato pro benemeritis suis.

Item legavit Isabelle ejus sorori unam cappam et 4. florenos similes.

Item legavit Mariole de Reate florenos similes 8.

Item legavit Margarite magistre servitrici florenos 60. pro ejus dote pro emenda aliqua domuncula.

Item legavit idem Margarite et aliis servitribus suis vestes lugubres ad arbitrium executorum. Item legavit Mariano de oltromonte vestes lugubres et florenos 20. Ita quod pro servitiis que impendisset tempore jam elapso de servitio, (sic) que in presenti facit voluit ut de salario sibi satisfaciant et nil ultra petere possint. Item reliquit vicario Monasterii S. Marie de Populo ejus confessori florenos 8. Item reliquit fratri Juvenali dicti monasterii florenos si-

miles 4. Item quod executores videant computatum vaccariorum et bufalorum et dictorum mercedi satisfaciant. Item quod executores satisfaciant omnibus quibus legitime apparet ipsam testatricem in aliquo teneri.

Item voluit quod ejusdem testamenti executores quantoctius poterunt emanant unam domum in urbe in loco pro habitatione pauperum et honestarum mulierum comodo, et que nominetur que vocetur domus pauperum mulierum mendicantium annuntiate. In quo domo hac prima vice recipi mulieres insistentes tempore obitus sui ejus obsequiis si in illa stare et habitare voluerint et etiam alie pauperes et honeste mulieres presertim nobiles pro quarum habitatione domus ipsa commode sufficeret et loco earum que prima vice et successive in ea temporaliter voluit alias pro tempore surrogari domumque ipsam perpetuis futuris temporibus usui et habitationi pauperum mulierum deservire que quidem pauperes mulieres tam nobiles quam alie habitent in eadem domo amore Dei et orent pro animabus ipsius testatricis et suorum patris matris et fratrum et ibidem recipiantur per eam que tempore habebit curam et regimen dicte domus et bonorum ejus. Et quod hac prima vice voluit quod Hieronyma de Fiano sit gubernatrix dicte domus durante ejus vita. Sed si evenerit casus quod Deus avertat quod D. Flora uxor magnifici Francisci de Anguillaria maneret vidua, voluit in eo casu ipsam Floram esse gubernatorem dicte domus reservata habitatione dicte Francisce pro ejus emptione exponantur ducati quadringenti vel quingenti. Dicta Flora ejus neptis quamdiu vixerit habeat curam dicte domus et sit major in ea et post ejus obitum sit illa quam dicta Flora reliquerit et sic successive perpetuis futuris temporibus. Illa que erit major eligat sibi successuram mulierem abiliorum ut magis videbitur ad regimen dicte domus, in regimine et cura dicte domus.

Et si dicta Flora et que pro tempore erit major dicte domus nollet in ipsa domo habitare constituat unam de habitantibus vicariam suam in ea donec ipsa non habitaret. Item quod dicta Flora et que erit pro tempore major dicte domus perpetuis futuris temporibus debeat domum ipsam et illius bona manutenere et custodire ad usum pauperum mulierum ut prefertur ut ad eam spectet receptio dictarum mulierum in illa que ei obedire teneantur alia sponset eas pro suo nutu et voluntate expellere de eadem.

Item legavit dicte domui ac majori ac pauperibus mulieribus in ea pro tempore habitantibus sex lectos de lectis quos ipsa testatrix habet in lintheaminibus et copertis et litisteriis fulcitis ad arbitrium dictorum executorum et eam partem utensilium, et massartiarum suarum que videbitur dictis executoribus opportuna pro pauperum mulierum inibi recipiendarum usu voluit tamen quod in eadem domo non recipiantur mulieres male fame. Item reliquit dicte domui sic emende et majori ac pauperibus que in ea pro tempore habitabunt unam domum ipsius testatricis sitam apud Ripam urbis et medietatem unius vinee ipsius testatricis prope monasterium S. Pauli extra muros urbis. Voluit autem quod si infrascripti ejus heredes vellent pro eis habere dictam medietatem vinee dictis pauperibus relictam teneantur et debeant dare unam aliam ex qua dicte pauperes mulieres percipere possint tantam utilitatem quantam perciperent ex dicta medietate vinee. Item voluit quod gubernatrix dicte domus pro tempore recipiat omnes fructus ipsius do-

mus et vinee et eos teneatur distribuere ad usum domus et pauperum in ea existentium. Item voluit quod dicte mulieres insistentes ejus obsequiis donec fuerit empta dicta domus et pro earum habitatione disposita possint et debeant habitare in domo ipsius testatricis in qua nunc inhabitat cum eadem nec possit (sic) de ea expelli quoquo modo donec de alia domo predicta provisum fuerit eis. Item quod dicta Margarita quamdiu virum non habuerit, et si ea virum haberet et vidua postea remaneret et in omnem casum nominatarum (sic) sic possit habitare in dicta domo emenda pro pauperibus et interim usquequo emeatur in domo habitationis ipsius testatricis supradicta et casu quo deinde erit infirma corpore, aut sine filiis reliquit quod bona que habuerit applicentur et deveniant ad dictam domum pauperum. Item voluit dicta testatrix quod major et pauperes mulieres que pro tempore inhabitabunt dictam domum antedictae Annunziatae in necessitatibus earum habere possint et debeant recursum ad Guardianos dicte societatis Salvatoris S. Sancti. de urbe quibus eas et dicta domum plurimum commendavit rolens quod ipsi sint dicte domus et pauperum mulierum pro tempore habitantium protectores ac defensores et non permittant eas per quem finem quam quovis modo indebite molestari. Item voluit quod magnificus D. Nicolaus comes Pitigliani teneatur et debeat de quingentis ducatis per eum debitis pro pretio pecudum et aliorum animalium que fuerunt erepti quondam comitis Dominici ejusdem testatricis fratris satisfacere legata per eundem comitem Dominicum facta in ejus testamento usque ad concurrentem quantitatem dicti pretii et de hoc summe et ampie rogavit et rogat dictum comitem Nicolaum. Voluitque quod alii executores presentis testamenti una cum infrascripto ejus herede faciant opportunam diligentiam super parte et talem et cum effectu quod ipse comes Nicolaus solvat legatariis predictis summam predictam ut adimpleatur voluntas dicti comitis Dominici ne consentia ipsius comitis malui exponeretur. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus juribus et actionibus cuicumque competentibus ejus heredem instituit facit et esse voluit magnificum virum dominum Bernardinum filium quondam domini Ursi de Anguillaria fratris ipsius testatricis. Et si eundem dominum Bernardinum quandocumque decedere contingeret sine filiis legitimis et naturalibus substituit eidem Bernardino magnificum virum dominum dulcem Francisci de Anguillaria ejus consanguineum si tunc supervixerit alias substituit prefati domini Dulcis filios et casu quo tunc non extarent filii ipsius domini Dulcis substituit propinquiorem consanguineum de domo Anguillaria tunc superviventem pro medietate, et societates predictas Imaginis Salvatoris et Annunziatae equis portionibus pro alia medietate bonorum dicte hereditatis sine ulla trebellanice detractioe volensque dicta testatrix quod dicta societas Annunziatae portionem contingentem sibi de dictis bonis vendat et ex pretio inde proveniente pauperes et honestas puellas dotet non autem bona testatricis teneat pro societate ipsa.

Executores autem hujus sui testamenti facit et esse voluit dominum Nicolaum Manni de Castello et casu quoque, modo non possit, suo nomine possit, deputare alium prout sibi melius videbitur, et Petrum de Mazzabufalis civem Romanum ac dominum Jo. Baptistam Liliu de Castello scriptorem Apostolicum ipsius testatricis compatrem quibus dictum Bernardinum plu-

rimum commendavit et voluit quod in eorum occurrentiis habeant recursum ad magnificum virum D. Nicolaum de Ursinis comitem Pitigliani cui dictum Bernardinum plurimum commendavit. Rogans ipsum comitem Nicolaum ut pro posse ei assistat favoribus opportunis prout continue facit ipsi testatrici. Et hanc asseruit dicta testatrix esse ejus ultimam voluntatem et ultimum testamentum quam et quod valere voluit jure testamenti et si jure testamenti non valeret vel non valebit valere voluit jure codicillorum donationis causa mortis et cujuslibet alterius (adde ultime) voluntatis cassans irritans et annullans omne aliud testamentum omnemque aliam ultimam voluntatem pro ea conditum et conditam ac voluit presens testamentum omnibus aliis prevalere quomodocumque condita seu facta sic ut supra scriptum est predictum testamentum.

(Adde actum) Rome in domo habitationis dicte testatricis in regione Pinee in Parrocchia S. Nicolai presentibus hiis testibus egregiis viris Fra Dominico de Sceptris Ven. Monasterii de Populo et Fra Benigno de Trevilio professore ejusdem monasterii et honorabilibus viris Scipione Antonii et Francisco etiam Antonii fratribus clericis civitatis Castelli et Petro Dorissio et Colino Guerrati et Georgio Pyrisdameri cleric. novarien. comen ac angrisen. civitatum testibus rogatis.

Ita est Joannes Bangadelli clericus cathalanensis diocesis una cum domino Catherino de Catherinis de Fiano clericus nepesine diocesis rogatus.

Codicilli.

In nomine dñi Amen Anno dñi 1496 Indictione XIV tempore pontificatus Sñi in Christo Patris et dñi nostri dñi Alexandri divina providentia PP. VI die XIII. mensis Augusti Illustris et Excellens dña Elisabeth de Anquillaria ducissa Asculi sana mente sensu et intellectu infirma tamen corpore. In presentia mei notarii et testium infrascriptor. ad hec specialiter vocator. et rogator. personaliter constituta memor se post conditum testamentum suum ultimum rogatum per providos viros Caterinum de Fiajano et Joannem Figuli clericos Nepesine et Catalanensis diocesis fecisse nonnullos codicillos et codicillatum fuisse per manus mei notarii etc. Et asserens in dicto testamento disposuisse et ordinasse quod emi deberet una domus ad usum et habitationem pauperum et miserabilium personarum quodque futuris perpetuis temporibus dictas mulieres gaudere et potiri deberentur fructibus et proventibus cujusdam domus ipsius testatricis sita in Regione Transtiberim in Ripa Tiberis ac etiam medietatis cujusdam vinee site extra portam S. Pauli dictique fructus domus et vinee ad ipsarum mulierum substationem forent sub certis tamen conditionibus et clausulis respicientibus et respective tangentibus personam Domine Flore de Anquillaria ipsius testatricis neptis et filie quondam Dominici Comitum Anquillarie prout sic vel aliter in dicto testamento latius continetur. Quia post ipsum conditum testamentum deventum fuit per ipsam testatricem ad conclusionem emptionis cujusdam domus site in Regione Pinee in parrocchia S. Stefani de Cacco infra hos fines videlicet ab uno latere bona heredum quondam magistri Pauli de Ne-

rula ab alio bona domine Andreetie uxoris Mariani Joannis Sancti notarii regionis Columne retro bona heredum de Cafaris ac ortus dictorum heredum quondam magistri Pauli de Nerula viam publicam et alios fines coram egregio viro dño Jacobo Bosi habitatore urbis procuratore domini Pauli de Randalis canonici Ecclesie mediolanensis ac literarum apostolicarum sollicitatoris domini et patroni dicte domus per ipsum dominum Paulum specialiter ad vendendam dictam domum constitutus ac pro arris et parte solutionis dicte domus et ipsius pretii quod est ducator. de carlenis 480. ipsa domina Elisabet solvit prefato dño Jacobo procuratori predicto ducatos auri 20. Et erga prefatam dominam Floram ipsa dña Elisabet favorabilius inclinata est induciturque idcirco dictam particulam testamenti per presentes codicillos mutavit. Et de predicta domo pro qua arras dedit ut supra ac proventibus dicte domus apud Ripam et medietatis vinee disposuit codicillando et addidit in hunc modum videlicet quia voluit quod domus predicta esset illa quam emi ordinaverat prout in dicto testamento et liberavit heredes et executores ab emptione predicta. Item voluit quod ille que habitabunt in dicta domo singulis annis de pensione dicte domus apud Ripam teneantur et debeant dare et solvere dicte domine Flore ducatos 15 de carlenis 10 pro ducato quolibet anno quo solvetur pensio ejusdem domus quamdiu ipsa dña Flora cum Magnifico Francisco ejus viro quiete habitare poterit et morari. Si vero contingeret ipsam dñam Floram soluto matrimonio per mortem dicti Magnifici Francisci quod absit viduam remanere aut eodem Magnifico Francisco vivente aliquo respectu non posse secum cohabitare: tunc et eo casu legavit usum et habitationem dicte domus in parochia S. Stefani eidem dñe Flore toto tempore vite sue que possit si voluerit ad secum habitandum retinere eas personas quas voluerit tertii ordinis S. Francisci de penitentia nuncupati et pizocaras sub habitu Sancti Dominici domino famulantes vel alias etiam non religiosas pauperes bone conditionis et fame. Et in dicto casu etiam legavit eidem dñe Flore usumfructum plenum dicte domus site apud Ripam et medietatis vinee de qua in dicto testamento toto tempore vite sue post mortem vero ipsius dñe Flore voluit locum esse ordinationi per eam facte super dictis domibus et vinea prout in dicto testamento in favorem pauperum mulierum quas declaravit esse debere de dictis bizocaris dictor. ordinum insimul vel alterius eorum prout videbitur quardianis hospitalis Imaginis ad Sancta Sanctorum de urbe pro tempore existentibus quibus implementum hujus sue ultime voluntatis in hoc et dictam dñam Floram, ac mulieres que habitabunt pro tempore in dicta domo commendavit Rogans eos ut non deserant easdem in earum opportunitatibus. Item voluit quod dicte mulieres etc. Item reliquit etc. Item reliquit etc. Cetera vero que in ipsius testamento et precedentibus codicillis continentur approbavit et confirmavit hanc suam ultimam voluntatem esse velle asserens quam valere voluit jure codicillorum dicti sui testamenti quod etiam in aliis partibus presentibus codicillis non contrariis voluit et mandavit observari Rogans me notarium etc.

Facti fuerunt predicti codicilli per dictam dñam Elisabet ducissam Rome in domo sue solite habitationis site in Regione Pinee in contrata Pelliciarie juxta bona Baptiste Nelli, bona Benardini de Amodeis civium Ro-

manorum ac viam a duobus. Presentibus Religiosis viris Fratre Joanne de Flandria Fratre Antonio Portileonis de Bonifatio Fratre Daniele de Barbantia Fratre Dominico de Reate Sigismundo de Taparillis astensi ordinis predicatorum commorantibus Rome in Sancta Maria supra Minervam de urbe testibus ad predicta vocatis habitis et rogatis.

Et ego Hippolitus Petri de Sutrio Dei gratia publicus Imperiali auct. Notarius et Judex ordinarius predictor. codicillor. dispositioni omnibusque aliis superscriptis una cum prenominais testibus presens interfui scribereque et publicare rogatus scripsi et publicavi et in hanc pristinam formam reddegi meique tabellionatus signum juxta solitum apposui et consuetum in fidem robor et testimonium premissorum.

Signum mei Hippoliti Notarii antedicti.

DOCUMENTO II.

*Helene de Anguillaria Romanae urbis
Praefectissae testamentum.*

In nomine dñi Amen año dñi 1465 pont. Sñi in Christo Patris et dñi N. dñi Pauli divina providentia PP. II. Indictione tertia mensis Julii die 30. In presentia mei Not. et testium infrascriptor. ad haec specialiter vocator. et ab infrascripta dña testatrice rogator. Magnifica ac potens dña Helena de Anguillaria praefectissa infirma quidem corpore tamen mente sana et conscientia pura timens casum future mortis cum nil sit certius morte et nil incertius hora et puncto ipsius mortis nolens decedere intestata sed testata ne post ejus mortem de ejus bonis aliquod scandalum exoriri contingat. Idcirco coram me notario et testibus infrascriptis hoc nuncupativum testamentum quod jure civili dicitur sine scriptis fecit et facere procuravit in hunc modum et formam videlicet. Et quia anima dignior est corpore idcirco animam suam altissimo ac immortalis deo et ejus gloriose matri genitrici Marie humiliter et devote recommendavit. Item voluit jussit et mandavit corpus suum sepelli in veñli Basilica Beati Johannis Lateranensis de Urbe apud sepulturam sive sepulcrum dñe Comitisse Tagliacotii cui basilice reliquit pro reparatione ipsius florenos de urbe currentes 100 ad computum et rationem 47 solidorum pruisionor. pro quolibet floreno. Item reliquit ven. hospitali S. Angeli alias imaginis Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe florenos simile 500 et quod quardiani dicti hospitalis teneantur et debeant annis singulis pro ejus anima facere anniversarium more consueto.

Item reliquit dñe Cecche Francisci de Thoro de Vetralla florenos similes 100 pro bene servitis. Item reliquit dñe Emilie uxori Francisci de Bisenza ducatos 300 quos ducatos et voluit esse pro ejusdem Emilie dote